4. G. ¶ Dominica infra octavas ascensionis de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de S. Augustino, memoria de ascensione solenniter sed nulla memoria de dominica neque processio. Ad matutinas memoria de ascensione.

Feria 5. de Octava. 2. vespere erunt de octava et memoria de S. Maria cum ant. *Sub tuam.* et de martyre [Nichomede].[88]

5. G. ¶ Dominica infra octavas ascensionis de dominica. Ad 1. vesperas nulla memoria neque processio.

Feria 5. de octava et ad 2. vesperas de octava fiat memoria de sancta Maria cum ant. *Sub tuam.* cum pleno servitio in crastino.

# ℂ *Dominica infra octavas ascensionis Domini.*

*Ad primas vesperas totum servitium fiat de ascensione et nichil de dominica : nec etiam memoria.*

*Super psalmos ant.* Viri Galiléi. 1476.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *et ceteri psalmi dominicales.*

*Capitulum.* Primum quidem. 1462.

*Non dicitur* ℟.

*Hymnus.* Etérne Rex altíssime. 1463.

℣. Ascéndens Christus in altum. 1465.

AS:274; 1519:255r; 1531:148v.[89]

Ant. I.iv.

2419.




*Oratio.* Concéde quésumus omnípotens Deus. 1480.

[*Nulla memoria fiat neque processio de ascensione.*][90]

*Si festum cum regimine chori hac die dominica evenerit tunc fiant vespere de festo et solennis memoria de ascensione Domini ut supra.*

## ℂ *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, et ℣. sicut in die ascensionis Domini dicantur.* 1470.

*Evangelium secundum Johannem xv. cap.* (26. - *xvj.* 4.) [*Lectio j.*]

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis, Cum vénerit Paráclytus quem ego mittam vobis a Patre Spíritum veritátis qui a Patre procédit : ille testimónium perhibébit de me. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*
(10. *secundi libri.*)[91]

NOtándum in primis quod Dóminus Spíritum veritátis a se mitténdum esse testátur : et eúndem mox a Patre procédere subjúngit. Non quia idem Spíritus áliter a Patre procédit quam cum a Fílio míttitur : aut álio témpore a Patre procédit quam cum a Fílio míttitur. Sed ídeo Fílius eum a se mitti et a Patre dicit procédere : ut áliam Patris, áliam esse suam persónam désignet : ac in eádem distinctióne personárum, unam esse operatiónem ac voluntátem suam cum Patris voluntáte ac operatióne denúnciet. Cum enim ejúsdem Spíritus grátia datur homínibus : míttitur profécto Spíritus a Patre, míttitur et a Fílio. Procédit a Patre, procédit et a Fílio. Quia et ejus míssio ipsa procéssio est : qua ex Patre procédit et Fílio. Venit et sua sponte : quia sicut coequális est Patri et Fílio : ita eándem habet voluntátem cum Patre et Fílio commúnem. Spíritus enim ubi vult spirat. Et sicut Apóstolus enumerátis donis celéstibus ait, Hec autem ómnia operátur unus atque idem Spíritus dívidens síngulis prout vult. Tu autem.

AS:275; 1519:255r; 1531:148v.[92]

1. Resp. IV.




7758.




7758c.

*Lectio ij.*

ADvéniens autem Spíritus testimónium perhíbuit de Dómino : quia discipulórum córdibus aspírans, ómnia que de illo erant sciénda mortálibus, clara illis luce revelávit.
[*149r.*] Quod vidélicet equális et consubstantiális erat Patri ante sécula : quod consubstantiális [93] factus est nobis in fine seculórum. Quod de Vírgine natus, sine peccáto vixit in mundo : quod quando vóluit et qua vóluit morte transívit de mundo. Quod veráciter mortem resurgéndo destrúxit. Veram in qua passus est et resurréxit carnem ad celos ascendéndo levávit, atque in patérne glórie déxtera constítuit. Quod ómnia prophetárum scripta illi testimónium perhíbent : quod conféssio nóminis ejus usque ad fines erat propagánda terrárum. Ceteráque fídei illíus mystéria, Sancti Spíritus sunt testimónio reseráta discípulis. Neque illis tantúmmodo : sed ómnibus qui per verbum eórum

credunt in Dóminum, quicquid recte sápiunt ejúsdem Spíritus est múnere concéssum. Tu autem.

AS:275; 1519:255r; 1531:149r.[94]

2. Resp. III.




6631.

6631a.

*Lectio iij.*

ILle ergo (inquit) testimónium perhibébit de me : et vos testimónium perhibébitis. Quia que Spíritu intus docénte percepérunt : hec abjécto timóre prístino, foris loquéndo et áliis ministrábant. Ipse namque Spíritus corda eórum et sciéntia veritátis illustrávit : et ad

docénda que nossent cúlmine virtútis eréxit. Unde recte apud Esáiam : Spíritus idem fortitúdinis et sciéntie nuncupátur. Est enim Spíritus sciéntie : quia per ipsum que recte ágere vel étiam cogitáre debeámus agnóscimus. Est et fortitúdinis : quia étiam per ipsum ut que bene nóvimus operémur accípimus : ne adversitáte áliqua a bonis que cépimus repellámur. Et vos inquit testimónium perhibébitis, quia ab inítio mecum estis. Cum data Spíritus grátia étiam hoc fidúciam discipulórum juvit : quod ab inítio erant cum Dómino. Ideóque quas apud illum víderant et audíerant, absque ulla ambiguitáte predicáre valébant.

1519:255v.

3. Resp. VII.




*Et dicatur a duobus clericis de superiori gradu in superpelliceis ad gradum chori. Require in die ascensionis Domini ad matutinas.*

## *Ante laudes.*

℣. Ascéndo ad Patrem meum et Patrem vestrum.

℟. Deum meum et Deum. *&c.* 1476.

## [*In laudibus.*]

¶ *In laudibus dicitur hec sola antiphona* Viri Galiléi. 1476.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45]. *et ceteri psalmi consueti.*

*Capitulum.* 1. *Pet. iv.* (7.)

EStóte prudéntes et vigiláte in oratiónibus, ante ómnia autem[95] mútuam in vobismetípsis charitátem contínuam habéntes : quia cháritas óperit multitúdinem peccatórum.

*Hymnus.* Tu Christe nostrum gáudium. 1478.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne. 1479.

AS:275; 1519:255v; 1531:149r.[96]

Ant. T. Per. 2043.




*Ps.* Benedíctus. 79*.

[Orémus.][97]

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, fac nos tibi semper et devótam gérere voluntátem : et majestáti tue sincére corde servíre. Per Dóminum nostrum.

*Memoria fiat de ascensione Domini cum antiphona* Ascéndo ad Patrem. 1480.

℣. Ascéndens Christus in altum. 1482.

*Oratio.* Concéde quésumus omnípotens Deus. 1480.

## ℭ *Ad primam.*

*Antiphona.* Viri Galiléi. 1476.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95]. *et ceteri psalmi consueti.*

*Ant.* Te jure laudant. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

¶ *Ad tertiam et ad alias horas antiphone, responsoria et ℣. sicut in die ascensionis Domini dicantur cum hac oratione* Omnípotens sempitérne Deus. *ut supra.* 1509.

## [¶ *Ad tertiam.*][98]

*Capitulum.* Estote prudéntes. *ut supra ad laudes.* 1508.

## ¶ *Ad sextam.*

*Capitulum.* 1. *Pet. iv.* (9.)

EStóte hospitáles ínvicem sine murmuratióne : unusquísque sicut accépit grátiam in alterútrum illam administrántes : sicut boni dispensatóres multifórmis gratis Dei.

## ¶ *Ad ix.*

*Capitulum.* 1. *Pet. iv.* (11.)

SI quis mínistrat, tanquam ex virtúte quam ammínistrat Deus : ut in ómnibus honorificétur Deus, per Jesum Christum Dóminum nostrum. [℟.] [Deo grátias.][99]

## ¶ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Viri Galiléi. 1476.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. *et ceteri psalmi dominicales.*

*Capitulum.* Estóte prudéntes et vigiláte. 1508.

*Non dicitur ℟. ad has vesperas.*

*Hymnus.* Etérne Rex altíssime. 1463.

℣. Ascéndens Christus in altum. 1465.

AS:276; 1519:256r; 1531:149r.

3011. Ant. I.i.



HEc lo-cú-tus sum vo-bis : * ut cum vé-ne-rit ho-ra e-



ó-rum remi-niscámi-ni : qui- a e-go di-xi vo-bis al-le- lú-ya.



*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 1509.

*Memoria fiat de ascensione Domini, cum hac antiphona* O Rex glórie. *ut in die ascensionis Domini.* 1485.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne. 1482.

*Oratio.* Concéde quésumus omnípotens Deus. 1480.

*Si festum alicujus sancti cum regimine chori in hac die dominica evenerit totum fiat* [*149v.*] *servitium de festo* [*et nichil de dominica nisi tantum memoria et missa in capitulo*],[100] *et etiam secunde vespere erunt de eodem festo : et tunc in vigilia penthecostes dicitur primum* ℟. Tempus est. 1505. *et cetera responsoria que intitulantur. Si vero festum loci vel dedicationis ecclesie infra octavas ascensionis Domini vel in octava forte contigerit : semper fiat solennis memoria de ascensionis Domini : similiter fiat in aliis octavis que sunt cum regimine chori.*

# ℂ *Feria secunda.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℣. et responsoria sicut in precedente feria vj.*
1487. *licet de festo alicujus sancti servitium factum fuerit in precedente sabbato.*

*Lectio prima. Actuum ij.* (22.)

STans autem Petrus in médio plebis dixit, Viri Israélite : audíte verba hec. Jesum Nazarénum virum approbátum a Deo in vobis virtútibus et prodígiis et signis, que fecit per illum Deus in médio vestri sicut vos scitis : hunc definíto concílio et presciéntia Dei tráditum per manus iniquórum affligéntes interemístis. Quem Deus suscitávit solútis dolóribus inférni : juxta quod impossíbile erat tenéri illum ab eo. David enim dicit in eum, Providébam Dóminum coram me semper : quóniam a dextris est michi ne commóvear. Propter hoc letátum est cor meum, et exultávit lingua mea : ínsuper et caro mea requiéscet in spe. Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem. Notas michi fecísti vias vite : replébis me jocunditáte cum fácie tua. Tu autem.

*Lectio secunda.* (*Actuum ij.* 29.)

VIri fratres, licet audénter dícere ad vos de patriárcha David, quóniam defúnctus est et sepúltus : et sepúlchrum [101] ejus est apud nos usque in hodiérnum diem. Prophéta ígitur cum esset et sciret quia jurejurándo jurásset illi Deus, de fructu lumbi ejus sedére super sedem ejus : próvidens locútus est de resurrectióne Christi, quia neque derelíctus est in inférno, neque caro ejus vidit corruptiónem. Hunc Jesum resuscitávit Deus : cujus omnes nos testes sumus. Déxtera ígitur Dei exaltátus, et promissióne Spiritussáncti accépta a Patre : effúdit hunc quem vos vidétis et audítis. Non enim David ascéndit in celum. Dicit autem ipse, Dixit Dóminus Dómino meo sede a dextris meis : donec ponam inimícos tuos, scabéllum pedum tuórum. Certíssime ergo sciat omnis domus Israel : quia et Dóminum eum et Christum fecit Deus hunc Jesum, quem vos crucifixístis. Tu autem Dómine.

*Lectio tertia.* (*Actuum ij.* 37.)

His audítis compúncti sunt corde : et dixérunt ad Petrum et ad réliquos apóstolos, Quid faciémus, viri fratres ? Petrus vero ait ad illos, Peniténtiam ágite, et baptizétur unusquísque vestrum in nómine Jesu Christi in remissiónem peccatórum vestrórum : et accipiétis donum Spiritussáncti. Vobis enim est repromíssio et fíliis vestris : et ómnibus qui longe sunt, quoscúnque advocáverit Dóminus Deus noster. Aliis étiam verbis plúrimis testificátus est : et exhortabátur eos dicens, Salvámini a generatióne ista prava. Qui ergo recepérunt sermónem ejus baptizáti sunt : et appósite sunt in illa die ánime círciter tria mília. Erant autem perseverántes in doctrína apostolórum : et communicatióne fractiónis panis et oratiónibus. Fiébat autem omni ánime timor. Multa quoque prodígia et signa per apóstolos fiébant in Hierúsalem : et metus erat magnus in univérsis.

## [*In laudibus.*]

*Ad laudes ut supra.* 1491.

AS:276; 1519:256r; 1531:149v.[102]




3176.

*Oratio ut supra.* 1480.

## *Ad vesperas.*

*Ant.* Eúntes in mundum. 1491. *Ps.* Magníficat. *ut supra in feria vj. precedente. Oratio ut supra.* 1480.

# ◖ *Feria iij.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℣. et responsoria sicut in precedenti sabbato.* 1494.

*Lectio prima. Actuum iij.* (1.)

PEtrus et Johánnes ascendébant in templum : ad horam oratiónis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex útero matris sues bajulabátur : quem ponébant quotídie ad portam templi que dícitur speciósa, ut péteret elemósynam ab introeúntibus in templum. Is cum vidísset Petrum et Johánnem incipiéntes introíre in templum : rogábat ut elemósynam accíperet. Intuens autem in eum Petrus cum Johánne, dixit, Réspice in nos. At ille intendébat in eos, sperans se áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit, Argéntum et aurum non est michi : quod autem hábeo hoc tibi do. In nómine Jesu Christi Nazaréni : surge et ámbula. Tu autem. [*150r.*]

*Lectio ij.* (*Actuum iij.* 7.)

ET apprehénsa ejus manu déxtera allevávit eum : et prótinus consolidáte sunt bases ejus et plante. Et exíliens stetit : et ambulábat. Et intrávit cum illis in templum : ámbulans et exíliens et laudans Deum. Et vidit eum omnis pópulus ambulántem et laudántem Deum. Cognoscébant autem illum quóniam ipse erat qui ad elemósynam sedébat : ad speciósam portam templi. Et repléti sunt stupóre et éxtasi : in eo quod contígerat illi. Cum vidérent autem Petrum et Johánnem : cucúrrit omnis pópulus ad eos ad pórticum que appellátur Salomónis stupéntes. Videns autem Petrus : respóndit ad pópulum, Viri Israélite quid mirámini in hoc : aut nos quid intuémini, quasi nostra virtúte aut potestáte fecérimus hunc ambuláre ?

*Lectio tertia.* (*Actuum iij.* 13.)

DEus Abraham et Deus Ysaac et Deus Jacob : Deus patrum nostrórum glorificávit Fílium suum Jesum, quem vos quidem tradidístis et negástis ante fáciem Pyláti, judicánte illo dimítti. Vos autem Sanctum et Justum negástis : et petístis virum homicídam donári vobis. Auctórem vero vite interfecístis : quem Deus suscitávit a mórtuis, cujus nos testes sumus : et in fide nóminis ejus hunc quem vidétis et nostis confirmávit nomen ejus, et fides que per eum est dedit íntegram sanitátem istam in conspéctu ómnium vestrum. Et nunc fratres scio quia per ignorántiam fecístis : sicut et príncipes vestri. Deus autem qui prenunciávit per os ómnium prophetárum pati Christum suum : implévit sic. Penitémini ígitur et convertímini : ut deleántur peccáta vestra. Ut cum vénerint témpora refrigérii a conspéctu Dómini et míserit eum qui predicátus est vobis Jesum Christum, quem opórtet quidem celum suscípere : usque in témpora restitutiónis ómnium que locútus est Deus per os sanctórum suórum a século prophetárum. Tu autem.

## [*In laudibus.*]

¶ *Ad laudes ut supra.* 1497.

*Ant.* Rogábo Patrem. 1493.

*Ps.* Benedíctus. 52*.

*Require in sexta feria proximo precedenti super psalmum* Magníficat.

## ¶ *Ad vesperas.*[103]

*Ant.* Nisi[104] ego abíero. 1497.

*Ps.* Magníficat. 53*.

*Require predictam antiphonam in die sabbati proximo precedente ad laudes super psalmum* Benedíctus.

# ℂ *Feria iiij.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℣. responsoria sicut in precedente feria sexta dicuntur, &c.* 1487.

*Lectio prima. Actuum iv.* (1.)

LOquéntibus autem apóstolis ad pópulum, supervenérunt sacerdótes et magistrátus templi et Saducéi : doléntes quod dócerent pópulum et annunciárent in Jesum resurrectiónem ex mórtuis, et injecérunt in eos manus et posuérunt eos in custódiam usque in crástinum. Erat enim jam véspera. Multi autem eórum qui audíerant verbum credidérunt : et factus est númerus virórum quinque mília. Factum est autem in crástinum, ut congregaréntur príncipes eórum et senióres et scribe in Hierúsalem, et Annas princeps sacerdótum et Cáyphas et Johánnes et Alexánder, et quotquot erant de génere sacerdotáli, et statuéntes eos in médio interrogábant, In qua virtúte aut in quo nómine fecístis hoc vos ? Tu autem.

*Lectio secunda.* (*Actuum iv.* 8.)

TUnc Petrus replétus Spiritusáncto dixit ad eos, Príncipes pópuli et senióres audíte. Si nos[105] hódie dijudicámur in benefácto hóminis infírmi, in quo iste salvus factus est ? Notum sit ómnibus vobis et omni plebi Israel : quia in nómine Jesu Christi Nazaréni quem vos crucifixístis, quem Deus suscitávit a mórtuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobátus est a vobis edificántibus, qui factus est in caput ánguli : et non est in áliquo álio salus. Nec enim nomen est áliud sub celo datum homínibus in quo nos opórteat salvos fíeri. Vidéntes autem Petri constántiam et Johánnis : compérto quod hómines essent sine lítteris et idióte, admirabántur : et cognoscébant eos quóniam cum Jesu fúerant. Hóminem quoque vidéntes stantem cum eis qui curátus fúerat : nichil póterant contradícere.

*Lectio tertia.* (*Actuum iv.* 15.)

[*150v.*] JUssérunt autem eos foras extra consílium secédere : et conferébant adínvicem dicéntes, Quid faciémus homínibus istis ? Quóniam quidem notum signum factum est per eos : ómnibus habitántibus Hierúsalem. Maniféstum est : et non póssumus negáre. Sed ne ámplius divulgétur in pópulum : comminémur eis ne ultra loquántur in nómine hoc ulli hómini. Et vocántes eos : denunciavérunt ne omníno loqueréntur, neque dócerent in nómine Jesu. Petrus vero et Jóhannes respondéntes dixérunt ad eos, Si justum est in conspéctu Dei vos pótius audíre quam Deum : judicáte. Non enim póssumus que audívimus et vídimus non loqui. At illi comminántes dimisérunt eos, non juveniéntes quómodo punírent eos propter pópulum : quia omnes clarificábant id quod factum fúerat in eo quod accíderat. Annórum enim erat ámplius quadragínta homo : in quo factum erat signum istud sanitátis. Tu autem Dómine.

## [*In laudibus.*]

¶ *Ad laudes ut supra.*

*Ant.* Illi autem profécti. 1513. *ps.* Benedíctus. 52*. *ut supra in feria secunda precedente.*

*Oratio ut supra.* 1480.

# ℂ *In octava ascensionis Domini.*

## *Ad primas vesperas.*

*Ant.* Non vos relínquam. *et incipitur in superiori gradu.* 1462.

*Ps.* Nisi Dóminus edificáverit. (*cxxvj.*) [331]. *et ceteri psalmi feriales.*

*Capitulum, ℟. et cetera omnia sicut in vigilia ad primas vesperas*[106] *dicuntur* 1462. *: cum hac oratione* Concéde quésumus omnípotens Deus. 1480. *more festi ix. lectionum. Ita tamen quod ℟. dicitur a duobus de superiori gradu in capis sericis albis ad gradum chori.*

## ℂ *Ad matutinas.*

*Invitatorium triplex, et dicitur sicut in octava epiphanie ut supra, et cetera omnia sicut in prima die, et legantur omnes lectiones de expositione Evangelii* Recumbéntibus úndecim discípulis appáruit. 1472. *similiter sicut in prima die in superpelliceis.*

ℂ *In laudibus omnes antiphone dicuntur.* 1476.

*Cetera omnia ad primam et ad omnes alias horas sicut in die more festi ix. lectionum cum antiphona* Te jure laudant. [99]. *ps.* Quicúnque. [100]. *et oratione* Dómine sancte Pater omnípotens etérne Deus. [117].

ℂ *Ad ij. vesperas omnia fiant sicut in die, preter responsorium quod non dicetur.* 1483.

*Si aliquod festum simplex cum regimine chori hac die contigerit : differatur in crastinum, nisi festum sancti Aldelmi fuerit : vespere tunc erunt de octava, et solennis memoria de festo.*

*Et si duplex festum in octava die contigerit : totum fiat servitium de festo : et solennis memoria de octava ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad missam.*

*Hac die ad ij. vesperas que erunt de octava [propter quod festum simplex]*[107] *fiat solennis memoria de sancta Maria cum plena servitio in crastino si a festo cum regimine chori vacaverit, cum hac antiphona* Sub tuam. 126. *Et dicitur in fine hymni* Glória tibi Dómine, Qui natus. *post versum* Tu esto nostrum gáudium.

# ☙ *Feria vj.*

*Ubi de feria agitur ad vesperas.*

1519:256v; 1531:150v.

Ant. V.i.




1329.

*Ps.* Confitébor. (*cxxxvij.*) [344].

*Capitulum, hymnus et ℣. sicut in dominica ad secundas vesperas..* 1508.
*Ant.* Hec locutus sum. 1510.
*Ps.* Magníficat. 53*.
*Oratio dominicalis.* 1509.

*Memoria fiat de sancta Maria : cum antiphona* Paradísi porta. 1354.
℣. Sancta[108] Dei génitrix. [194].
*Oratio.* Famulórum tuórum. [191].
*Vel oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. [191].

*Deinde fiat memoria de omnibus sanctis.*
*Ant.* In celéstibus regnis. 1360.
℣. Vox letície. 1355.
*Oratio.* Infirmitátem. [192].
*Vel oratio.* Omnium sanctórum.[109] [192].

# ℂ *Sabbato in vigilia penthecostes.*

## *Ad matutinas.*

AS:250; 1519:256v; 1531:150v.[110]

1328. Invit. VI.iii.




*Ps.* Ve-ní-te. 35*.

*Hymnus.* Etérne Rex altíssime. 1463.
*Ant.* Allelúya. *ter.* 1373.[111]
*Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].
*Ps.* Dóminus regnávit irascántur. (*xcviij.*) [289].
*Ps.* Misericórdiam et judícium. (*c.*) [290].
℣. Eleváta est. 1471.

[*Evangelium*][112] *Secundum Johannem xiiij. cap.* (15-21.) [*Lectio j.*]

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis, Si dilígitis me : mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclytum dabit vobis : ut máneat vobíscum in etérnum. Et relíqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*
(11. *libri ij.*)[113]

QUia Sancti Spíritus hódie fratres charíssimi celebrámus advéntum : debémus ipsi congrúere solennitáti quam cólimus. Hoc étenim órdine tante festivitátis hujus digne gáudia celebrámus : si nos quoque Dómino opitulánte aptos reddidérimus, ad quos Spiritussánctus adveníre, et in quibus habitáre dignétur. Ea autem solúmmodo ratióne advéntui et illustratióni Sancti Spíritus apti exístimus : si et corda nostra divíno amóre repléta, et córpora sint divínis mancipáta precéptis. Unde et in exórdio lectiónis hujus Evangélice, discípulis Véritas ait, Si dilígitis me : mandáta mea serváte. Tu autem.

℟. Non conturbétur. 1462. *Require in vigilia ascensionis Domini ad vesperas. Tamen quando* ℟. Tempus est. 1505. *non dicitur in dominica precedente tunc erit primum* ℟. *hac die.* [*151r.*]

¶ *Et notandum est : quod si in dominica infra octavas ascensionis officium cum regimine chori contigerit : totum fiat de festo : et tunc in vigilia penthecostes dicitur primum responsorium* Tempus. *et cetera responsoria sicut intitulantur.*

*Lectio secunda.*

HAbébant et prius Paráclytum, ipsum vidélicet Dóminum secum in carne commorántem : cujus et miraculórum dulcédine et ope predicatiónis, ne infidélium[114] persecutióne scandalizári possent : érigi et confortári solébant. Verum quia ille post resurrectiónem ascéndens in celum eos corporáliter deséruit, quibus tamen divíne majestátis preséntia nunquam ábfuit : recte de hoc Paráclyto, id est Spiritusáncto subjúnxit. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclytum dabit vobis : ut máneat vobíscum in etérnum.

℟. Ego rogábo Patrem. 1507. *Require in dominica infra octavos ascensionis Domini.*

*Lectio tertia.*

IN etérnum manet Spiritussánctus cum sanctis : quos et in hac vita semper invisibíliter intus illústrat, et in futúro ad contemplándam perpétuo spéciem sue majestátis introdúcit. Sed et nos fratres charíssimi si Christum perfécte dilígimus, ita ut ejúsdem dilectiónis veritátem mandatórum ejus observántia probémus : rogábit étiam pro nobis Patrem, et álium Paráclytum dabit nobis Pater. Rogábit Patrem per humanitátem : qui dabit cum Patre per divinitátem. Neque enim putándum est, quia ante passiónem suam tantúmmodo pro ecclésia rogáverit, et non étiam nunc post ascensiónem roget : cum dicat de illo apóstolus, Qui est ad déxteram Dei, qui étiam interpéllat pro nobis.

℟. Si enim non abíero. 1488. *Require in crastino ascensionis Domini.*

## *Ante laudes.*

℣. Ascéndo ad Patrem meum et Patrem vestrum. 1476.

## ℂ *In laudibus.*

AS:252; 1519:256v; 1531:151r.

1327. Ant. VI.



AL-le- lú-ya * al-le-lú-ya. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

*et ceteri psalmi consueti.*

*Capitulum.* *Actuum xix.* (I.)

FActum est autem cum Apóllo esset Corínthi, et Paulus peragrátis superióribus pártibus veníret Ephésum et inveníret quosdam discípulos : dixítque ad eos, si Spíritum Sanctum accepístis credéntes, at illi dixérunt ad eum, sed neque si Spíritus Sanctus est audívimus.

*Hymnus.* Tu Christe nostrum gáudium.[115] 1478.

℣. Ascéndit Deus in jubilatióne. 1479.

AS:276; 1519:257r; 1531:151r.[116]

4886. Ant. III.iv.



SI di-lí-gi-tis me * mandá-ta me- a servá-te al-le-



lú-ya al-le-lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 56*.

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus, ut claritátis tue super nos splendor effúlgeat : et lux tue lucis corda eórum, qui per grátiam tuam renáti sunt, Spiritussáncti illustratióne confírmet. Per Dóminum nostrum.[117] In unitáte ejúsdem.

*Hec oratio dicitur ad omnes horas.*

*Memorie de sancta Maria et de omnibus sanctis fiant sicut in vigilia ascensionis Domini supra notatum est.* 1460.

*Ad singulas horas antiphone alleluyatice paschales [feriales]*[118] *dicuntur super psalmos.* 1356. *Responsoria et ℣. de ascensione Domini dicantur.* 1480.

## ℂ *Ad tertiam.*

*Capitulum.* Factum est. 1522.

## ℂ *Ad sextam.*

*Capitulum. Actuum xix.* (4.)

JOhannes quidem baptizávit baptísmo peniténtie pópulum docens in eum qui ventúrus esset post ipsum ut créderent, hoc est in Jesum.

## ℂ *Ad nonam.*

*Capitulum. Actuum xix.* (8.)

INgréssus Paulus synagógam [119] cum fidúcia loquebátur per tres menses : dísputans et suadens de regno Dei.

*Omnes [vero]*[120] *hore dicantur ante missam.*

*Si in hac vigilia aliquod festum evenerit nichil fiat de festo nec post nec ante nec etiam memoria nisi duplex festum fuerit, tunc enim differatur post festum sancte Trinitatis, videlicet ubi potest habere utrasque vesperas, et fiant ibi ix. lectiones, ut in festis duplicibus inter cenam Domini et octavas pasche contingentibus prenotatum est : vel ut supra dictum est in secunda feria post diem pasche.*

## Notes, pages 1462-1523.

[1] 1519:248r.

[2] In 1519:248r. 'ad vos' is set CDc DF.

[3] 1519:248r. has no flat at 'ad Patrem' and no natural at the second 'cor'; 'Paráclytum' is set C.C.DC.CABCB.

[4] *Chevallon* indicates 'Flectent', not 'Flectant'. [SB:dcccclviii.]

[5] 1519:248v. omits 'allelúya'.

[6] 1519:248v has no flats.

[7] The following office of Compline appears in 1519:249r. but not in the 1531 temporale.

[8] 1519:249r. appears in the C-clef and with no flat.

[9] AS:267. gives 'captivitátem' as A.G.F.G.F.

[10] In 1519:249v. the first 'Allelúya' is set FAC.C.C.CCCCDCEDCBCA.

[11] 1519:249v.

[12] 'In primo nocturno', 1519:249v.

[13] In PEN:116r. 'tua' is set CD.D.

[14] In PEN:116r. 'egressio ejus' is set D.CD.E.D.CD.D.

[15] 1519:249v.

[16] *Greyorii* in Evangelia lib. II. homil. xxix., *Opera i.* 1568. [SB:dcccclix.]

[17] 1519:249r sets 'Post passionem' thus:




'quadraginta' appears as D.BD.CD.B.

In BL-52359:175r. this responsory appears a fifth lower until the second note of 'eórum'; from this point the responsory appears a fourth lower; 'eis' is set EFGFGAGA.AG; the first 'allelúya' is set GA.AGFED.DEFEF.ED; 'elevátus' is set B♭.AB♭CDC.CB♭B♭AG.C; 'eórum' is set FDF.EGFF.FE; 'Hierosólymis ne discéderent' is set A.A.A.A.AG A C.C.BDC.C.CB. In PEN:116r. 'appárens' is set D.CD.C.

[18] In 1519:250r. 'exaltáta est' is set C.D.FGF.FGAG AB♭A; 'etérnum' is set FG.GGEG.GAFFE. In BL-52359:175r. 'celi' is st DEFEDE.ED; 'nomen' is set EGAC.A; 'etérnum' is set FG.GGF.FGEFE; 'allelúya' is set Df.FEDCD.DFGEF.ED. In PEN:116v. 'exaltáta' has no flat; 'allelúya' is set DFe.CFED.DFGEF.ED.

[19] 1519:250v. has no flat.

[20] In 1519:251r. 'regum' is set CDC.A. In BL-652359:175v. 'regum' is set CDC.CBC. In PEN:117r. 'regum' is set CDCC.A.

[21] BL-52359:175v. has 'celum'.

[22] In 1519:251v. 'Ascéndo' is set G.BCDc.D.

[23] Neither AS:270. nor 1519:251v. has music for the ℣. 'Glória Patri.' The ℣. printed here is from AS:253.

[24] AS:270. has no ℣. 'Glória Patri.' In 1519:251v. the incipit of ℣. 'Glória Patri' is F.F.E G.A. The ℣. printed here is from AS:253.

[25] 1519:251v. omits 'allelúya'

[26] Neither AS:270. nor 1519:252r. has music for the ℣. 'Glória Patri.' The ℣. printed here is from AS:253.

[27] 1519:252r. omits 'allelúya'

[28] 1519:252r. sets 'orbem' GG.DEF.

[29] 1519:252r.

[30] 1519:252v.

[31] In BL-52359:176v. 'suscepísti' me allelúya' is set C.C.A.C B A.F.A.B. (Compare the antiphons at matins of Pentecost.)

[32] 1519:252v.

[33] 'quando de ascensióne', 1519:252v.

[34] 'baptizabímini in', SB:dcccclxvi.

[35] In 1519:253r. 'eum' is set ABCBABAAG.AG. In BL-52359:177r. the first 'abíero' is set A.ABCB.AG.GACBABCGGEFE; 'Paráclitus' is set F.EFGA.A.AC, the second 'abíero' is set Ga.A.AG.ACGAGGF; 'mittam vobis' appears to be set A.BCB A.C;'docébit' is set AB.A.AGAG. In PEN:118r. 'eum' is set ABCBAGA.AG.

[36] In BL-52359:177r. 'Dedit' is set D.DA; the second 'allelúya' and its music are missing.

[37] In 1519:253v. 'ad' is set GFFEE. In BL-52359:177v. the first 'allelúya' is set Ed.EDCD.DEFEF.ED; the final 'allelúya' is set FGA.AGFECDC.DEF.ED.

[38] 1519:253v.

[39] 1519:253v.

[40] 1519:253v. has no flat. In BL-52359:177v. 'evangélium' is set A.G.A.G.A; the second 'allelúya' is set A.GF.FGA.AGFED; the antiphon concludes thus:




[41] 1519:253v.

[42] 1519:253v.

[43] 1519:253 adds: '*Si aliquod festum cum regimine chori in sexta feria evenetir, tunc in sabbato fiat servitium de sexta feria preter antiphonam super* Benedíctus. *que erit* Nisi ego.'

[44] 1519:254r.

[45] '*festo*', 1519:254r.

[46] 1519:254r.

[47] 'Nimis exaltátus es', 1519:254r.

[48] 'Dum', *Legend*-1518:135r.

[49] In BL-52359:178r. 'tua' is set DECCBAG.AG.

[50] In BL-52359:178v. 'véniet' is set F.GA.G; 'allelúya' is set D.EFE.E.D.
[51] 1519:254v.
[52] SB:dcccclxxiii.
[53] SB:dcccclxxiii.
[54] SB:dcccclxxiii.
[55] SB:dcccclxxiii.
[56] SB:dcccclxxiii.
[57] SB:dcccclxxiii.
[58] SB:dcccclxxiii.
[59] 'ad matutinas' appears to be in error here.
[60] SB:dcccclxxiii.
[61] SB:dcccclxxiii.
[62] SB:dcccclxxiii.
[63] 'esmudi' *Chevallon*. [SB:dcccclxxiii.]
[64] SB:dcccclxxiii.
[65] SB:dcccclxxv.
[66] of the octave of the ascension.
[67] SB:dcccclxxv.
[68] SB:dcccclxxv.
[69] SB:dcccclxxv.
[70] SB:dcccclxxv.
[71] SB:dcccclxxv.
[72] SB:dcccclxxv.
[73] SB:dcccclxxv.
[74] SB:dcccclxxv.
[75] SB:dcccclxxvii.
[76] SB:dcccclxxvii.
[77] SB:dcccclxxvii.
[78] SB:dcccclxxvii.
[79] SB:dcccclxxvii.
[80] SB:dcccclxxvii.
[81] SB:dcccclxxvii.
[82] SB:dcccclxxvii.
[83] SB:dcccclxxix.
[84] SB:dcccclxxix.
[85] SB:dcccclxxix.
[86] SB:dcccclxxix.
[87] SB:dcccclxxix.
[88] SB:dcccclxxix.

[89] In 1519:255r 'ascendit' appears AGA.CDD.DC.
[90] 1519:255r.
[91] *Bede* Homil. Estivales de Tempore, *Opera* VII. 32. [SB:dcccclxxxi.]
[92] 'misit me', 1531:148v; 'et ipse', 1519:255r. BL-52359:178v. has no flat at 'dicit' or at 'turbéntur'; 'nec turbéntur' is set FFF.EF.GA.GABA; 'vestrum' is set FED.FDEFE; 'custódiat' is set G.GFGFF.FFDFGFEF.FE. BL-52359:178v. gives the text 'allelú . . . ya' with no repeat, although the music implies 'allelúya allelúya'. The second '[allelú]ya' is set FGA.AGFECDFEDFAGAFFE.EGFF.FE. In PEN:119v. 'qui' is set E.; 'vestrum' is set EFGFEFEDE.ED.
[93] 'substatialis' *Chevallon*. [SB:dcccclxxxii.]
[94] BL-179r. has no flats; 'vobis' is set EGFF.FE; 'in' is set G; 'allelúya' is set GAg.GDFDEGAGFGAG.EGFF.FE. PEN:119v. has no flat at 'Spíritum'.
[95] 'autem ómnia', 1519:255v.
[96] In BL-52359: 'veritátis' is set F.F.F.DF; 'ille' is set C.C; 'me' is set GF.
[97] 1519:255v.
[98] 1519:256r.
[99] 1519:256r.
[100] 1519:256r.
[101] 'se—sepulchrum' *Chevallon*. [SB:dcccclsssvi.]
[102] In BL-52359:179v. 'predicavérunt' is ser A.G.A.C.CB; 'sequéntibus signis' is set D.DD.C.D Ge.GA.
[103] '*Ad ij. vesperas.*' 1531:150r.
[104] 'Non' *Chevallon*. [SB:dccccxc.]
[105] 'vos' *Chevallon*. [SB:dccccxc.]
[106] '*sicut in prima die ad vesperas*', 1519:256v.
[107] 1519:256v.
[108] 'Sancti' *Chevallon*. [SB:dccccxciii.]
[109] 'Vide Dómine'1519:256v.
[110] In BL-52359:180r. and PEN:180r. the final 'allelúya' is set FGA.GF.G.F.
[111] 1519:246v. provides the music for this antiphon.
[112] 1519:257r.
[113] *Beda* Homil. Estivales de Tempore, *Opera* VII. 38. [SB:dccccxciv.]
[114] 'in fidélium', 1531:151r.
[115] *'Hymnus.* Tu esto nostrum gau.' *Chevallon*. [SB:dccccxcvi.]
[116] In BL-52359:180v. the first second 'allelúya' is set GA.B.A.BF.
[117] 'Per eúndem. In unitáte ejúsdem.' 1519:257r.
[118] 1519:257r.
[119] 'in synagógam', 1519:257r. 'Introgréssus autem synagógem', *Vulgate*.
[120] 1519:257r.